



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

6. Vt lite non contestata, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

p. 6. m. c. br. 10. Villalob. Kircho. & alios, 10. m. 1. com-
mun. optuon. lib. 2. tit. 7. pag. 284. Donel. comment. iuris Ci-
vilib. lib. 14. c. 1. Prax. Episcop. p. 1. verbo, liti. contestatio.
Cardof. in praxi iudicium, verbo, liti. n. 6. Cur. Philip. p. 1.
§. 14. verbo contestatio, Mascard. de probat. concl. 434.
Soar. à Pace in praxi liti. 1. temp. 6. p. 1. Ludou. Miranda
de ordine iudic. q. 20. art. 5. Parlad. lib. 1. rerum quod. c. 14.
Christoph. de Pace in schol. ad 1. styli. Armand. in ad-
dit. recop. legum Navarra, lib. 1. tit. de liti. contest. Amat.
Roder. in praxi. de modo, & forma videndi, seu examinandi
processum, §. 6. Mendez à Castro in praxi seculari Lu-
sitan. lib. 1. c. 6. D. Barbol. in l. si debitor, n. 21. cum segg.
ff. de iudic. Bernard. Graue. ad praxi. Camer. Imper. lib. 1.
concl. 7. Camil. Borrel. in summa omnium decif. tit. 50. de
liti. contest. Brederod. tract. de appellat. p. 1. tit. 30. de liti.
contest. Rendina in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 70.
Galganet. de iure publico, lib. 2. tit. 27.

S V M M A R I V M.

- 1 Litis contestatio fit per petitionem appositam, & res-
ponsum sequentem, & non verò per positiones, &
responsiones, & n. 2.
- 2 Litis contestatio inducitur, etiam si per verbum credit,
vel non credit, vel nescit, responsum articulis
conventionalibus esset.
- 3 Litis contestatio non fit quando responso conditionalis
esset, vel respondens protestaretur se citra animum
contestandi litem respondere.
- 4 Litis contestatio est terminus substantialis iudicii sine
qua sententia lata, & probationes factæ vitio nul-
litate laborant.
- 5 Litis contestatio in quibus casibus non requiratur,
ostenditur.

CAP. Olim, vnic. Gregor. IX.

1 Litis contestatio in aliqua causa non fit per posi-
tiones factas coram iudice, vel per responsiones
factas ad eandem, nam talis processus est irritus, sed
fit per petitionem in iure positam, & responsum
sequentem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect.
Zabarel. Innoc. Bellam. Ipan. Andr. Imol. Anan. Bald.
Panorm. Host. Felin. Mant. Butr. Melch. Kling. Barbat.
Anchar. Mar. Socin. Ioan. Monach. Cujac. Viuian. in
ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 47. Alagon. in com-
pend. iuris Canon. pag. 217. remissive Ximen. in concord.
p. 1. & 2.

2 Et per responsum sequentem liti. contestatio fiat. Nota-
tur ad hoc quod liti. contestatio fit per petitionem
appositam, & responsum sequentem, vide Menoch.
de presump. lib. 2. pres. 30. num. 1. cum segg. Gam. Lusit.
decif. 147. n. 3. Iacob. de Grassis tom. 2. consil. tit. de iudic.
consil. 2. n. 19. Prax. Episcop. p. 1. verbo, liti. contestatio,
§. 5. Cardof. in praxi iudicium, verbo, liti. n. 6. Peregrin.
variar. ad rubr. de iudic. n. 54. Mascard. de probat. concl.
434. à n. 1. Viuian. Neapol. decif. 310. n. 2. Camil. Borrel.
in summa omnium decif. tit. 50. de liti. contest. num. 6. & 7.
Et in Regno Portugaliæ post partis contrarietatem
dicitur liti. contestatio, propterea decilum fuisse tes-
tantur Melch. Phœbos p. 1. suarum decisionum. Aresfo
84. Mendez à Castro in praxi seculari Lusitan. lib. 3.
cap. 6.

3 Amplius procedere etiam per verbum, credit, vel
non credit, vel nescit, responsum articulis conventio-
nalibus esset, Mascard. d. concl. 334. n. 12. Cenal. com-
munium contra communes, q. 434. Amat. Roderic. de mo-
do, & forma videndi, seu examinandi processum, c. 6. n. 2.

Et etiam si reus in iudicio negaret simpliciter narrata
actoris, Mascard. d. concl. 434. n. 1. & 5. asserit nihil te-
ferre an simul vnic. tempore, vel ex intervallo ne-
gatiua illa responsio accedat narrationi actoris, Perez
1. i. gloss. 1. verj. quare 2. tit. 3. Ord. lib. 3. Amat. Roderic.
d. c. 6. n. 2.

Limita tamen textus conclusionem quando res-
ponso conditionalis esset facta, Capell. Tholof. decif.
287. Franc. Viuian. Neapol. decif. 110. n. 1. Dec. resf. 10.
n. 6. vol. 5. Menoch. pres. 30. n. 4. Camil. Borrel. d. tit. 50.
n. 8. Limita etiam quando respondens protestaretur se
citra animum contestandi litem respondere, Viuian.
d. decif. 110. n. 4. Decian. de resf. 10. n. 6. vol. 5. Menoch.
de pres. 30. n. 4. nisi iudex mandauerit, ut semota prote-
statione liti. contestetur, ex Mascard. de concl. 434. n. 20.
cum segg.

Processum ipsorum, &c.] Notatur ad hoc quod liti.
contestatio est terminus substantialis iudicii, sine
qua sententia lata, & probationes factæ vitio nul-
litate laborant. Auend. resf. 1. num. 2. & 4. Peregr. var.
ad rubr. de iudic. num. 55. Cur. Philip. p. 1. §. 14. num. 3.
Mendez à Castro in praxi Eccles. Lusitan. lib. 2. cap. 8.
Amat. Roder. d. cap. 6. num. 4. Ludovic. Miranda de or-
dine iudic. q. 20. art. 5. concl. 4. Camil. Borrel. d. tit. 50.
n. 13.

Plures casus in quibus liti. non contestatur, conge-
runt Cardof. in praxi iudicium, verbo, liti. n. 12. cum segg.
Camil. Borrel. d. tit. 10. num. 20. cum segg. In primis liti.
contestatio non requiritur in causa hæresis, Cardof.
d. verbo, liti. n. 10. Camil. Borrel. d. tit. 50. n. 52. Nec in
causa matrimoniali, Cardof. num. 15. & Camil. Borrel.
num. 45. dictis locis. Nec in causa appellationis, fit in
prima instantia intercessisset, Mynfinger. cent. 1.
obseru. 2. Franc. Marc. Delphin. decif. 1182. n. 23. p. 1. &
decif. 706. p. 2. Brederod. tract. de appellat. p. 2. tit. 50. de
liti. contest. Sigism. Scacc. eod. tract. de appellat. quest. 11.
à num. 37. Camil. Borrel. d. tit. 50. num. 9. Bellacomb.
tom. 1. communium opinion. lib. 3. tit. 7. num. 22. & 28.
quod etiam non requiritur, ubi petitur quem decla-
rari excommunicatum. Nec in iudicio processione
recuperandæ, Mascard. de probat. concl. 33. n. 19. Scac.
d. tract. q. 17. l. mit. 6. memb. 1. num. 60. Nec in notoriis
Farin. in praxi crimin. q. 21. n. 65. Nec in causis summa-
riis, Cardof. d. verbo, liti. num. 12. Scac. d. tract. quest. 15.
num. 145.



Vt Lite non contestata, &c.

TIT. VI.

UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel.
Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Mar. Soc.
Panorm. Felin. Barbat. Ioan. Monach.
Butr. Bald. Cujac. Ioan. de Landris in
breuiario sanctorum Canonum, fol. 161. Petr.
de Rauenna in compend. iur. Canon. Martin. Mefnart. in
epitome Decretal. fol. 53. Dan. Venator in analysi metho-
dica iuris Pontificii, a pag. 180. Goffred. & Host. in sum-
huius tit. Alex. Cassan. & Anastaf. Germon. in paratilis
ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in expos. tit.
iuris Canon. nouissime Ioan. Honor. lib. 2. sum. in Decret.
omnes sub hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicari potest reus ante liti. contestationem
consummatam, si agatur de adulterio ad separationem
thori,

thori, sibi testes recipi non possunt, nec causa deferri.

- 2 Sententia diuortij ferenda inter Indos an seruandus integre ordo iudicarius, & remissus.
- 3 Actio ad separationem thori, & repetitionem dotis datur uxori ob mariti adulterium.

CAP. Ad hoc I. Innoc. III.

1 Q Vando agitur de separatione thori ob adulterium, vel de receptione dotis, & reus est contumax, potest excommunicari, sed testes contra ipsum non possunt recipi, nec ferri sententia definitiva ante litis contestationem. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Host. Henric. Felin. Barbat. Butr. Mar. Socin. Ioan. Monach. Melch. Kling. Cujac. Viu. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 40. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 218. remissus Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 3. c. 1.

2 Quia tamen in presenti negotio, &c. Non abs requirit Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 29. an in sententia diuortij ferenda inter Indos seruandus sit integre ordo iudicarius: & ibi partem negativam probabilem, & rationi magis consentaneam sibi videri affirmat.

3 Quo virum ad separationem thori, &c. Notatur ad hoc quod vxori ob mariti adulterium datur actio ad separationem thori, & repetitionem dotis, vt per Con. de sponsal. p. 2. c. 7. §. 6. n. 5. & 6. Surd. de alimentis, tit. 7. q. 2. §. 5. D. Barbo. in l. 2. in princ. ff. soluto matrim. p. 1. n. 98. vbi etiam quod propter adulterium mariti mulier ab eo separari potest, etiam si non procedat monitio, quem refert, & sequitur Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 1. n. 8.

In gloss. Suspectum. Vide quæ dixi ad cap. literas, in fine, de restitu. spoliar.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia ferri non potest in causa restitutionis contra contumacem, lite non contestata.
- 2 Ordo iuris in possessione requiritur.
- 3 Instrumentum probatio euidentis est, & manifesta.
- 4 Suspicionis causa semper est exprimenda.
- 5 Affinis potest testificari in causis civilibus paruis.
- 6 Dilectio, forte, non notat dubitationem, sed potius affirmationem.

CAP. Accedens. j. II.

1 Q Vando agitur de restitutione, & aliquis est contumax, si lis non est contestata, non potest ferri sententia definitiva contra contumacem, licet possit excommunicari. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Host. Barbat. Mar. Socin. Henric. Melch. Kling. Ioan. Monach. Cujac. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 50. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 219. remissus Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 3. c. 2.

2 Possessionum iuris, &c. Ergo in possessione iuris ordo requiritur, vt per Dec. in cap. consultationibus, n. 9. sup. de officio delegati.

3 Manifeste patet. Notatur ad hoc quod probatio instrumentorum euidentis est, & manifesta, vt per Tirac. de retractu lig. §. 2. gloss. 1. n. 22. Gonzal. ad reg. 8.

Cancel. gloss. 64. num. 4. & 5. Card. Tusch. tom. 4. lit. I. concl. 2. 17.

In gloss. Appellauit, ibi, debuit enim causam suspensionis coram iudicibus allegare probabilem, &c. Nam suspensionis causa semper est exprimenda, vt per citatos a parente meo in comm. ad Ordin. Regiam Lusit. lib. 3. tit. 2. §. 4.

In gloss. Subesse, ibi, idem videtur si esset affinis. Notatur ad hoc quod affinis potest testificari in causis civilibus paruis, vt per Ial. in repet. l. admonendi, n. 180. ff. de iureiur. Mascard. de probat. concl. 68. n. 10. vel quando est affinis in gradu remoto, Manjic. decis. 327. n. 5. Affinitate verò soluta, affinis semper est idoneus testis, Sebast. Medic. in tract. mors omnia soluit. p. 2. concl. 6. ante n. 22. Anton. Gabr. com. tit. de testib. concl. 15. n. 4. Rot. in Ferentina bubalarum 4. Julij 1618. coram Burat. inter eius impressas decis. 349. n. 1.

In gloss. Propter, ibi, forte non notat dubitationem, sed potius affirmationem. Vide Rebuff. ad tit. ff. de verborum signific. super l. ostentum, §. 8. vers. forte, pag. 208. Menoch. cons. 25. n. 14. Bernard. Graue. ad pract. Camer. Imper. lib. 2. concl. 10. n. 10. quos refero ego ipse de diff. & claus. diff. 109. n. 3.

CAP. Tuæ fraternitatis. III.

1 Ite contestata si reus est contumax, actor mitti debet in possessionem rerum petitarum causa custodiendi: si verò actor mitti non potest, reus contumax excommunicatur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Anchar. Barbat. Panorm. Felin. Hostienf. Henric. Boich. Melch. Kling. Butr. Mar. Socin. Ioan. Monach. Cujac. Viuian. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 51. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 219. remissus Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 3. cap. 3.

In gloss. Contumaciter, ibi, pluribus modis dicitur quis contumax. Vide Guttier. pract. lib. 1. q. 50. num. 1. Mendez à Castro in praxi Lusitan. lib. 3. cap. 19. num. 6. Melch. Phœbos Lusitan. decis. 79. Camill. Borrell. in summ. omnium decis. tit. 43. de contumac. Fulv. Pacian. de probat. l. 1. cap. 72. Farin. in praxi crimin. quest. 18. n. 25. cum seqq. Bernard. Muscatel. in sua praxi aurea Civilis p. 2. gloss. veniens.

S V M M A R I V M.

- 1 Testium receptio facta contra non contumacem lite non contestata in causa matrimoniali est nulla.
- 2 Clericus potest recusare Prælatum consanguineum sua partis, etiam si causa versetur super bonis sue Ecclesie.
- 3 Inimicitia capitalis contrahitur ex retentione uxoris aliena inter virum, & retinentem.
- 4 Index vnus ex litigantibus commensalis recusari potest.
- 5 Index conciliis vnus ex litigantibus, an & quando ve suspectus recusari possit, remissus.
- 6 Citatus non tenetur comparere, etiam si ipse iudicii locus esset ruitus, si tamen loca per qua transeundum esset, tuta haud essent.
- 7 Inimicitia est iusta causa non manendi in aliquo loco.
- 8 Protestatio de impedimento facta congruo tempore, & cum ipsius causa, inuit.
- 9 Comparere coram iudice capitaliter inimico non tenetur quis, etiam si cum citatorio mittat saluum conductum.

10 Restitutio

10 *Restitutio plenaria quia dicitur, ostenditur.*

11 *Presumptiones plures ad probationem faciendam coniunguntur.*

12 *Amicitia non omnis repellit iudicem, sed maxima.*

13 *Matrimonij causa quando principaliter agitur, potest idem iudex de causa dotis cognoscere.*

CAP. Accedens. ij. IV.

1 **T**estium receptio facta contra non contumacem lite non contestata in causa matrimoniali est nulla. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Barbat. Felin. Mar. Socin. Panorm. Henric. Melch. Kling. Ioan. Monach. Buttr. Host. Bald. Cujac. Viu. in ration. *secundi libri iuris Pontif. pag. 52. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. Ang. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 3. cap. 4.*

2 **C**orrespondens. Episcopus.] Ergo clericus potest recusare. Prælatum consanguineum suæ partis, etiam si causa vertatur super bonis suæ Ecclesiæ, vide Dec. in cap. postremo, n. 8. in fr. de appellat. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo, Episcopus, §. 34. Martam in votis nouiss. decisum, voto 57. n. 23.

3 **P**ote quis uxorem suam, &c.] Notatur ad hoc quod ex retentione uxoris alienæ contrahitur inter vitium, & retinentem capitalis inimicitia, ut per Mascard. de probat. concl. 898. n. 10. plures quos refert, & sequitur Farin. in praxi crimin. q. 49. n. 83.

4 **S**it clericus commensalis.] Notatur ad hoc quod iudex vnus ex litigantibus commensalis recusari potest, Rebuff. tom. 3. ad leges Gallia, tract. de recusat. gloss. vnic. art. 9. n. 26. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 100. num. 22. Corrafc. in explicat. ad aliquas leges nouæ recop. c. 9. n. 117.

5 **E**t magister P. de terra uxoris suæ oriundus.] An & quando iudex, qui est conciuus vnus ex litigantibus, ut suspectus recusari possit, vide Rebuff. de reprobat. testium, n. 359. Nau. in cap. cum contingat, de rescriptis, causa 100. nullus. n. 4. vbi quod extra patriam conterranei plus debito se diligere solent, Ludou. Miranda de ordine iudic. q. 4. art. 6. in fine.

6 **N**ec nisi per districtum ipsius, &c.] Notatur ad hoc quod citatus non tenetur comparere etiam si ipse iudicij locus esset tutus, si tamen loca per quæ transfundendum esset, tuta haud essent, ut per Dec. resp. 18. num. 46. vol. 1. Matth. Coler. de processib. executi p. 4. cap. 8. num. 173. vers. quod extenditur, Barthol. Blarer. ad l. diffamari, C. de ingenuis, & manumiss. cap. 6. n. 112. Bernard. Graux. ad practic. Camer. Imp. lib. 1. concl. 52. consid. 1. num. 12. vbi num. 13. declarat nisi declinata recta via per obliquam tutò ad iudicij locum venire posset.

7 **N**isi in terra inimicorum suorum.] Ergo inimicitia est iusta causa. non manendi in aliquo loco, ut per Fusc. de visitat. lib. 1. c. 28. n. 8. Flamin. de resignat. lib. 5. q. 3. n. 355.

8 **V**bi sine mortis periculo accedere non audebat.] Notatur ad hoc quod in omni casu bonum est protestari de impedimento, & quod per eum non stetit, nec stat, & debet talis fieri protestatio tempore congruo, & publicè, & continere causam impediendi, ut per Boër. decis. 40. n. 8.

9 **S**i tamen missa ei fuissent, &c.] Notatur ad hoc quod non tenetur quis comparere coram iudice capitaliter inimico, etiam si cum citatorio mittat saluum conductum, ut per Menoch. conf. 100. num. 216. Et notatur etiam ad hoc quod vbi odium est capitale

non debet coniux cautionis fragilitate fidere, ut per Sanch. de m. m. lib. 10. disp. 18. n. 13.

Plenariam restitutionem.] Plenaria restitutio illa dici potest, quæ fit ad possessionem, & fructus, expensas, damna, & interesse per spoliatum passa, ex resolutis per Viuiam. tom. 2. comm. opinion. lib. 8. tit. 3. n. 3. in med. nam si de possessionis restitutione tantum loqueretur, ad damna minimè traheretur, quia quo illa, possessio scilicet, & damna sunt diuersa, ita vt alterum attingere minimè videatur, optimè Menoch. remed. 1. recup. n. 305. & 306. Purgatio autem spoliij consistit in restitutione bonorum & fructuum, Card. Canaler. decis. 108. n. 1.

In gloss. *Orindus*. Notatur ad hoc quod presumptiones plures ad probationem faciendam coniunguntur, ut per Mascard. de probat. concl. 1223. num. 1. cum seqq. ad gloss. verbo legitime in l. 2. ff. de excusat. tutor. Dec. conf. 146. num. 14. vers. 6. & ultimo, Socin. conf. 89. n. 9. vers. quo supposito lib. 1. Paris. conf. 104. n. 16. volum. 2.

In gloss. *Nimis fauens*, ibi, non omnis amicitia repellit iudicem, sed maxima. Vide Tirac. de penis temper. causa 21. num. 5. Marant. de ordine iudic. p. 6. act. 2. n. 71. Rebuff. tom. 3. ad leges Gallia, art. 9. vnic. num. 29. Bellacombe. tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 1. n. 142. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 100. n. 19. & cap. 200. n. 2. Carrasc. in explicat. ad aliquas leges recop. cap. 9. n. 96. vbi num. 98. cum Menoch. de arbit. casu 152. num. 12. dicit iudicis arbitrio relinqui quæ dicatur maxima amicitia.

In gloss. *Terra fin*. Notatur ad hoc quod quando principaliter agitur de matrimonio, potest idem iudex de causa dotis cognoscere, quæ est annexa & dependens a matrimonio ne continentia causæ diuidatur, ut per Palat. in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, notab. 2. in princ. n. 20. vers. ad hac.

S V M M A R I V M.

- 1 *Lite non contestata non recipiuntur testes regulariter super principali, nisi timeretur de morte, vel diuturna absentia testium, tunc enim seruata solennitate hic posita possunt etiam lite non contestata testes examinari.*
- 2 *Testes regulariter examinari non possunt ante litem contestatam.*
- 3 *Examen factum ad perpetuam rei memoriam si non sit seruata forma tradita in hoc text. est nullum.*
- 4 *Testes ante litem contestatam possunt alio tempore examinari si de illorum morte timeatur.*
- 5 *Senes, valetudinarij, & diu absuri ante litem contestatam examinari possunt si tamen tempore moti iudicij viui, & presentes sint, ut probent denno recipi.*
- 6 *Testis iuramento statim super diuturna absentia.*
- 7 *Senes, qui dicantur, ostenditur.*
- 8 *Senectus facit recedere a regulis iuris.*
- 9 *Infirmi, & valetudinarij dicuntur consilio Medicorum.*
- 10 *Testes valetudinarij, & diu absuri eo casu, quo ante litem contestatam examinari possunt personaliter, citari debet pars aduersa contra quam examinatur, nisi periret, vel occultaretur veritas.*
- 11 *Examine peracto necesse est, ut actor intra annum actionem instituat, nisi producat, seu futurus actor non posset intra annum illi experiri, ut n. 18.*
- 12 *Presumptio fraudis insurgit aduersus illum, qui peracto examine intra annum actionem non instituit.*
- 13 *Latitans, vel se occultans ne citatio ad ipsius perueniat notitiam, per edictum citari potest.*

15 Citat

- 15 Citandus non est, qui non patitur citationem ad se peruenire.
- 16 Lite non contestata ad diffinitivam sententiam proceditur adversus reum contumacem.
- 17 Index ecclesiasticus non debet facultatem concedere mulieri, ut secundo nubat viro, nisi verosimiliter presumatur de morte prioris.
- 18 Dicitio, maxime, aliquando ponitur pro tantum.
- 19 Concilium Trid. sess. 23. de reform. cap. 1. vers. quoniam, ubi declaratur, ostenditur.
- 20 Sententia prinationis ob non residentiam minime tenet, non servata forma à Concil. Trident. praescripta.
- 21 Mors vi probetur requiritur interpellationis, sine requisitionis probatio.
- 22 Mors non probatur per famam, nisi alia adminiculis adiungetur.
- 23 Testes ad perpetuam rei memoriam ante litem contestatam produci, & recipi possunt.
- 24 Contumace reo actor mittendus est in possessionem rei perita, si actione reali actum esset.
- 26 Missus in possessionem ex primo decreto post annum versus sit professor.
- 27 Concessum ad tempus post illud censetur prohibitum.
- 28 Prohibitum ad tempus post illud videtur esse permissum.
- 29 Index ob causam poenas à iure statutas minuire, & remittere potest.
- 30 Electio iudicis, vel rei in poenis attentatue impositis quando sit ostenditur.
- 31 Cautio sufficiens dicitur fideiussoria, vel pignoratitia.
- 32 Semiplena cognitio de debito requiritur ad primum decretum.
- 33 Secundum decretum non habet locum in realibus actionibus.
- 34 Fieri dicitur in tempore, quod sit parum post tempus.
- 35 Executio sit prius in mobilibus, quam in immobilibus bonis.

CAP. Quoniam frequenter. V.

- 1 Ite non contestata regulariter testes recipi non possunt, sed si agatur civiliter, sine pars conventa sit contumax, sine sine fraude sit absens, ut conveniri non possit, recipi possunt testes senes, & valetudinarii, vel alij de quibus timetur probabiliter copia, ne veritas occultetur, & tunc si actor intra annum non convenit adversarium, vel illi nuntiat tales testes, testificatio recepta non valet. Colligunt ex Ordinarij. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anchar. Hostiens. Felin. Bald. Mynsing. Melch. Kling. Ioan. Monach. Buttr. Barbar. Cujac. Viuian. in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 52. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 219. & parti. 3. repet. in iure Canonico ad secundum Decretal. librum. Ambro. de Vignate, remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 3. cap. 5.
- 2 Regulariter verum esse, &c.] Notatur ad hoc quod regulariter ante litem contestatam testes examinari non possunt, ut per Crot. de testib. n. 258. Gregor. l. 2. tit. 16. p. 3. Mich. Graff. tom. 1. communium opin. lib. 4. tit. 10. num. 305. pag. 548. ubi Viuian. n. 310. Menoch. de arbit. casu 61. & de praesumpt. lib. 2. praef. 54. Mascard. de probationibus, conclus. 1367. Farinac. in praxi crimin. p. 76. num. 2. Bernard. Graenæ. ad practica. Camer. Imper. lib. 1. conclus. 92. Perez l. 1. gloss. 5. pag. 518. col. 2. in

princ. tit. 3. lib. 3. Ordin. Christoph. à Pace ad l. 175. styli.

Nisi forte.] Notatur ad hoc quod examen factum ad perpetuam rei memoriam, est nullum, si non sit servata forma tradita in hoc textu, ita tennit Rota apud Mantica. decis. 142. n. 4. iunctis quæ de dict. nisi adduco ego ipse in remiss. de dict. & claus. dist. 184. n. 4. & quod ut locus sit huic examini ad perpetuam rei memoriam septem requiri copularine, tradit Ioan. Baptista Costa de remed. subsid. remed. 68. vide apud illum.

De morte testium timeatur, &c.] Notatur ad hoc quod quando timetur de morte testium, possunt ante litem contestatam examinari actores petente, veluti si testes in locis pestilentibus commorentur, Rurger. Ruland. in tract. de commiss. p. 2. lib. 1. c. 7. n. 4. Ludovic. Schrader. in tract. de feudis, p. 9. sect. 13. sub n. 10. vers. & inter ceteras causas. Vel si mulier vicina partui sit, Farin. d. q. 76. n. 91.

Vel absentia diuturna, &c.] Notatur ad hoc quod diu absuturi, & senes valetudinarii ante litem contestatam examinari possunt, Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 55. § 7. Marant. de ordine iudic. p. 4. dist. 9. n. 70. Ant. Gom. var. tom. 4. c. 1. n. 15. ad finem, Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 48. n. 21. Viu. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. n. 340. vers. & eo magis, pag. 555. ubi Bonacol. n. 343. Mascard. de probationibus. concl. 681. n. 2. & concl. 1367. n. 4. Farin. d. q. 76. à n. 82. Melch. Phœbos Lustr. decis. tom. 1. Areslo 46. Adverte tamen quod si huiusmodi testes propter absentiam, vel mortis periculum recipiantur ante litem contestationem, vel eam motam, & tempore moti iudicii, viui, & praesentes sint, tunc non probant nisi denuo recipiantur, de quo vide Vestr. in practica Romana, lib. 6. c. 1. n. 3. vers. qua in re, Lancelot. de attentat. cap. 12. limit. 38. num. 4. Mascard. concl. 1367. num. 10. quos refert, & sequitur Farinac. d. quest. 76. num. 109. Adverte etiam quod super diuturna absentia statuit iuramento testis, Vestr. d. n. 3. vers. in qua specie, Roland. conf. 23. num. 29. ad finem, l. 3. Farin. d. q. 76. num. 94.

Se. er.] Qui dicantur, arbitrio iudicis relinquitur, nisi sint in septuagesimo anno, & ultra, quia tunc non potest index arbitrari eos non esse senes, Menoch. de arbit. casu 59. à n. 1. & n. 4. vers. secunda conclusio. & de praesumpt. lib. 6. praef. 46. n. 25. Farin. d. q. 76. à n. 83. nam senectus facit recedere à regulis iuris, Flamin. de resignat. benefic. lib. 5. q. 6. n. 4.

Et valetudinarii.] Infirmi, & valetudinarii dicuntur ex consilio medicorum, Roland. d. conf. 22. n. 20. ad fin. lib. 3. Menoch. d. casu 60. Farinac. d. q. 76. n. 90. & qui sunt iudicis arbitrio relinquitur, Menoch. d. casu 60. num. 5. Flamin. de resignat. benefic. lib. 5. quest. 6. num. 11. & 12.

Adverte quod eo casu, quo diu absuturi, & testes valetudinarii ante litem contestatam examinari possunt, citari debet pars adversa contra quam examinantur, ut disponit Ordin. Regia d. §. 7. vers. sendo onzofy, &c. resolunt Vestr. d. cap. 2. num. 5. Seraphin. de privilegiis iuram. privil. 30. num. 11. Farinac. d. q. 76. num. 141. Amat. Roderic. in pract. de modo, & forma videndi, & examinandi processum, cap. 7. num. 37. cum multis seqq. Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit. 44. de citat. n. 166. Et huiusmodi citatio debet esse personalis, nec sufficit ad domum, Azin. in praxi Florent. §. 7. c. 5. limit. 29. Ludou. Schrader. tract. de feudis, p. 9. sect. 13. num. 113. Mascard. concl. 1366. num. 3. Farin. d. quest. 76. num. 142. praecipue si non sit in longinquo, Camill. Borrell. d. tit. 44. num. 168. Si vero antequam adversarius comparere possit, periret, vel occultaretur veritas ob timorem absentiae, vel mortis testium

testium, tunc examen absque citatione subsistet, Anton. Gabr. tom. 3. commun. opinion. tit. de citat. concl. 1. n. 302. & 342. vers. declar. Schard. d. 4. n. 13. vers. eodem modo, Farin. d. q. 76. n. 147. & 167. Camil. Bortel. tit. 44. num. 167.

11 Sed si actor non conuenerit aduersarium intra annum, &c.] Notatur ad hoc quod examine peracto necesse est, vt actor intra annum actionem instituat, vt per Masuer. in praxi tit. de testib. sub num. 1. vers. verum est, quem refert Bernard. Graue. ad practicum Camera Imper. lib. 1. concl. 92. confid. 1. num. 9. vbi etiam tenet huiusmodi annum ab initio utilem censi, atque ita non incipere currere nisi à tempore, quo aduersarius conueniri potuerit, de quo etiam Farin. d. quest. 76. num. 17. Menoch. de presumpt. lib. 2. presumpt. 54. sub num. 3. vers. & praeterea intelligitur currere tempus.

12 Attestationes sic receptae non valeant.] Limita quando producat, seu futurus actor non possit intra annum illum experiri, vt quia debitor in diem conditionalis, &c. resoluit Menoch. d. praes. 54. sub n. 3. vers. & praeterea, quem refert Bernard. Graue. d. confid. 1. n. 18. Et nota quod examen non intelligitur ipso iure nullum, sed requiritur vel iudicis declaratoria, vel partis exceptio, vt per Mynfinger. hic in princ. n. 31.

13 In fraudem.] Notatur ad hoc quod aduersus illum intra annum non agentem praesumptio insurgit fraudis, testes scilicet fecisse examinari in fraudem rei, vt processu temporis exceptiones legitimae ad repellendum testes, vel alium locum habere non possint, vt per Menoch. de presumpt. lib. 1. praes. 65. num. 5. Et hac praesumptio est iuris & de iure, probationem contrariam non admittens, vt per Menoch. de presumpt. 54. sub num. 3. vbi in vers. aduersus tamen, asserit aduersus huiusmodi praesumptionem iuris, & de iure admitti indirectam probationem contrariam, probando scilicet lapsum non esse annum à tempore examinis citra: & Farin. d. q. 76. num. 170. asserit contrariam probationem non admitti respectu fraudis, at verò admitti respectu eius, quod actor non habuisset facultatem intra annum conueniendi reum.

In gloss. Non valeant, ibi, illi qui testes produxit, sed aduersario bene valebunt.] Notatur ad hoc quod attestations si non produciuntur infra certum tempus, non valent in odium illius, qui tenebatur producere, secus autem ad fauorem alterius partis, vt per Butr. hic num. 18. vers. nisi forte, Innoc. & Hostiens. in c. 2. de testib. in fine, Rot. in Romana societatis officij scruum mille 8. Februarij 1627. coram Patriarcha Manzanedo.

§. Porro.

In causa matrimoniali carnali si citatus venire contemnit, vel se occultat, vel impedit ne citetur lite non contestata, testes sunt recipiendi, & procedendum ad sententiam definitiuam. Si verò reus, siue maritus abest ex causa & sine sua culpa, citari non potest, vt si sit in captiuitate, est expectandum donec verisimiliter praesumatur de obitu, & interim coniux, quamvis sine culpa, non tamen sine causa, cogitur esse continens. Item in matrimonio spirituali contracto, v. g. in electione ad Praelaturam, si pars est contumax, procedi debet sicut ius praecipit, si est abens, & per ipsum non stat quin citetur, & agatur de promouendo, expectetur per sex menses vel ad arbitrium iudicis. Colligunt Doctores in princ. text. citati.

Sine quia malitiose se ipsum occultat.] Aduerte quod latitans, vel se occultans ne citatio ad ipsius noticiam perueniat per edictum citari potest, Rebuff. tom. 3. ad leges Gallie, tit. de citat. n. 96. Camil. Bortel. in summa omnium decis. tit. 44. de citat. n. 90.

Seu quia impedit ne possit ad eum citatio peruenire.] Notatur ad hoc quod non est citandus, quia non patitur citationem ad se peruenire, vt per Tiraquel. in tract. res inter alios acta, vers. limita duodecimo, & de retractu lig. §. 2. gloss. 1. num. 9. nam hoc casu habetur pro citato, Franc. Marc. Delphin. decis. 400. num. 14. p. 1. Lancelot. de attent. p. 2. c. 4. n. 106. Steph. Gratian. discept. forens. c. 66. n. 32. Rot. in Hispanen. legitimat. 11. Decembris 1611. coram bonae mem. Vbaldo, Buratt. decis. 416. n. 5. quia quando per alium stat quominus quid fiat, id vique pro facto habetur in ipsius praedictum, vt dicit Tiraq. de retractu lig. §. 1. gloss. 10. num. 9.

Ad definitiuam sententiam procedendum.] Notatur ad hoc quod ad definitiuam sententiam lite non contestata proceditur aduersus reum contumacem, vt per gloss. 1. post med. l. 1. tit. 1. lib. 3. fori, Soar. de Pace in pract. tom. 2. p. 2. cap. unic. n. 114. vbi dicit id specialiter inductum esse propter periculum fornicationis, & propter fauorem libertatis, & propter periculum vacationis beneficij.

Si autem de carnali coniugio, &c.] Notatur ad hoc quod index Ecclesiasticus non debet facultatem concedere mulieri vt secundo nubat viro, nisi verosimiliter praesumatur de morte prioris viri, vel adsint aliqua indicia, quae patiant verosimilem praesumptionem, quae quidem verosimilis praesumptio, & existimatio mortis habetur per certum nuntium, vel alias probationes aequivalentes, prout iura de hoc loquentia concordant Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 46. n. 5. & 9. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 3. n. 70. & 71.

In gloss. Maxime, ibi, alij exponunt, maxime, id est tantum. Vide Menoch. de praes. lib. 4. praes. 100. n. 12. Azned. l. 1. n. 37. tit. 19. lib. 8. noua recopil. quos refero ego ipse de dictione & claus. dict. 168. n. 4. alias dict. 197. num. 9.

In gloss. Canonibus. Hodie Concil. Trid. sess. 23. 19 de reformac. cap. 1. vers. quoniam, statuit nulli Parochorum licere abesse à parochiis suis singulis annis ultra quos, aut ad summum tres menses, dummodo tamen aqua ex causa, & absque villo gregis detrimento fiat, quod decretum multipliciter declaro ego ipse de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 53. n. 93.

In ead. gloss. ibi, Episcopus semper ipsam primo monere debet. Et ita priuationem praecedere debet monitio, deinde poena censurarum, postea subractionis fructuum, itavt inter vnam, & alteram poenam expectetur ad minus per sex menses, aliter enim non seruata hac forma à Concil. Trident. dicto loco praescripta, non teneret sententia priuationis, vt dictum fuisse in Rota refert praxis noua Episcopi. p. 2. c. 4. n. 97. in fine.

Notatur etiam ad hoc quod ad probandam mortem, aliquemve in mora esse requiritur, vt probeatur interpellatio, sine requisitio, vt per Mascard. de probat. concl. 1066. n. 8.

In gloss. Praesumatur. Notatur ad hoc quod per famam non probatur mors, nisi aliis adminiculis adiunctur, vt per gl. 2. post princ. in l. 1. tit. 1. lib. 3. fori legum, Conar. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 12. n. 6. Gattier tract. lib. 2. q. 8. n. 3. & 4. Farin. in praxi crimin. q. 140. num. 35. plures per Sanch. in matrimon. lib. 1. disp. 46. num. 15.

§. Sunt

§. Sunt & alij.

23 Probat hic §. quod testes ad perpetuam rei memoriam ante litem contestatam produci, & recipi possunt, de quo vide Mich. Graff. *com. opin. lib. 4. tit. 10. n. 305. & 306. pag. 548. vbi Viu. n. 310. vers. licet, Farin. in praxi crim. p. 2. q. 67. n. 11. Bernard. Græuæ, ad pract. Cum. Imp. lib. 1. concl. 92. n. 2.*

§. In aliis.

Reus in actione reali si est contumax, actor mittitur in possessionem, & si reus infra annum venit, & dat cautionem de stando iuri, solutis expensis recuperat possessionem, si post annum, non, sed potest agere de principali. Item si quis conuenitur super immobilibus, qui possidet nomine alieno, nominet dominum in iudicio, & citeatur dominus, qui si non comparer, est interrupta præscriptio, & index examinare debet negotium summariæ, & dare possessionem actori. Item si agatur de personali post contumaciam, mittatur actor in possessionem nobilium si non sunt immobilibus, vel excommunicetur, & reus si infra annum venerit, audiatur modo super dicto. Colligunt Doctores in princ. text. citati.

24 *Vtrum contumax actione reali, &c.*] Probat hic §. reo contumace actorem mittendum esse in possessionem rei petite, si actione reali actum esset, si vero actione personali actor ageret, mitti debere in possessionem bonorum debitoris pro modo, & quantitate debiti similis text. in *aut. ei qui, C. de bonis aucto. ind. possid.* concordant apud Castellanos l. 2. tit. 8. p. 3. & l. 4. tit. 3. lib. 2. for. legum, vbi gl. 10. & l. 1. tit. 11. lib. 4. noua recop. Perez l. 1. gloss. 1. pag. 654. col. 1. vers. quæro, & vers. executionem, tit. 9. lib. 3. Ordinar. Soar. de Pace in pract. tom. 2. p. 1. vnic. n. 43. cum segg.

25 *Qui si venerit infra annum, &c.*] Vide l. 6. tit. 8. p. 3. Soar. de Pace d. c. vnic. n. 45. Surd. decis. 46. n. 10. vbi etiam resoluit procedere quando immisso facta est ex primo decreto nulla præcedente re iudicata, quo casu efficitur pignus prætorium, sed vbi iam lara est sententia, & post eam facta missio, tunc veniens debitor non recuperat possessionem, nisi facta reali solutione, per text. in l. pecunia, in fine, ff. ut in possess. legat.

26 *Vtrum constituetur possessor.*] Notatur ad hoc quod missus in possessionem ex primo decreto post annum verus sit possessor, vide gloss. 4. post princ. in l. 5. tit. 3. lib. 2. for. leg. Perez l. 1. gloss. 1. pag. 657. col. 1. vers. sciendum est, tit. 9. lib. 3. Ordinar. Negulant. de pignor. part. 3. membr. 2. à n. 6. Menoch. remed. 3. rein. n. 164. & 106.

27 *Si vero post tempus, &c.*] Notatur ad hoc quod concessum ad certum tempus post illud censetur prohibitum, l. si unus, §. 1. ff. de pactis, cum aliis citatis per Tiraq. de retract. lig. §. 2. gl. 2. n. 46. & de retractu conuent. §. 1. gloss. 2. n. 44. Menoch. conf. 68. n. 10. decis. Pedem. 83. n. 13. Surd. de alimentis, tit. 5. q. 3. n. 9. & 10. & decis. 75. n. 1. & decis. 189. n. 9. & decis. 244. num. 10. & conf. 57. n. 9. & conf. 354. n. 18. Bertaz. in tract. clausul. instrum. claus. 15. gloss. 2. n. 21. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 1. proæm. n. 4. Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 10. n. 1. & de resol. emphyt. q. 1. n. 8. Rot. Rom. apud Farin. decis. 617. n. 2. t. 2. p. 1. recent. D. Barbosa in l. cum Prator, in princ. n. 45. ff. de iudic. Et è contra ad tempus prohibitum post tempus videtur esse permissum, l. Imperator §. ff. de postulando, Tiraq. d. gloss. 2. n. 46. Surd. decis. 75. n. 1. & conf. 247. n. 18. & conf. 294. n. 6. Gonzal. gloss. 65. n. 8. D. Barb. d. num. 45.

28 *Ita videlicet quod alterutra pars, &c.*] Notatur ad Tom. I.

hoc quod index ob causam pœnas à iure statutas minere, & remittere potest, vt per Tiraq. de pœnis temper. in præfati. n. 17. Marant. de ordine iudic. p. 6. n. 115. Hyppol. in l. vnus, §. custodia, ff. de questionibus.

30 *Vel post annum etiam audietur, &c.*] Notatur ad hoc quod in pœnis alternatiue impositis iudicis erit electio, si verba legis pœnas irrogantis ad iudicem referantur, in idem est text. in l. si fugitiui, vbi Bald. n. 8. C. de seru. fugit. & in l. 1. C. de bis, qui latrones. Si verò reum respiciant, veluti soluat centum, vel recedat à ciuitate ad illum electio spectabit, quo casu intelligitur text. in l. quicumque, in princ. in l. 2. C. de seru. fugit. colligunt hæc ex Doctrina Bart. in l. 1. vers. expilatores, n. 2. ff. de effractor. quam sequuntur Clar. in pract. §. fin. q. 8. n. 6. & Menoch. de arbit. lib. 1. q. 94. n. 1. cum segg. resoluunt Nauar. in cap. consideres, §. ponat, n. 12. de Penitent. dist. 5. Anton. Gom. var. tom. 3. c. 1. n. 39. Sayr. in clau. Regia, lib. 3. c. 8. n. 14. Cald. Pereira de nominat. emphyt. q. 10. n. 81. plures per Cened. ad Decretal. collect. 59. n. 4. faciunt quæ D. Barbof. in l. peremptoriam, n. 54. cum segg. ff. de iudic.

In gloss. Cautione, ibi, *imo sufficientem cautionem præstare debet.* Quod hæc cautio sit præstanda fideiussoria, vel pignoratitia, tenent gloss. 8. per text. ibi in l. 5. tit. 3. lib. 2. for. leg. Perez l. 1. gloss. 1. pag. 654. col. 2. vers. executionem, tit. 9. lib. 3. Ordinar. Surd. decis. 46. n. 10. Soar. de Pace in pract. p. 1. tom. 2. c. vnic. n. 45. vide quæ dixi ad gloss. verbo, *sufficienti cautione*, in cap. ex transmissa, de rebus spoliatis.

In gloss. Summatim, ibi, *Notatur ad hoc quod requiritur ad primum decretum quod præcedat semiplena cognitio de debito, vel saltem quod actor præstet iuramentum de calumnia antequam in possessionem mittatur*, vt per Panormit. hic n. 31. & l. 2. tit. 8. p. 3. Perez l. 1. gloss. 1. vers. quæro 15. pag. 653. tit. 9. lib. 3. Ordinar. Soar. de Pace d. c. vnic. n. 39.

In gloss. Constituetur, ibi, *verum est quod in rebus actionibus non habet locum secundum decretum.* Vide Perez d. l. 1. gloss. 1. vers. quæro 27. pag. 656. col. 1.

In gloss. Statim, ibi, *vel etiam post, antequam respondeat.* Nam dicitur fieri in tempore, quod sit parum post tempus, l. electa, ff. si certum petatur, Tiraq. de retractu conuent. §. 8. gloss. 5. n. 2. Coler. German. decis. 117. num. 1.

In gloss. Vel immobilium. Notatur ad hoc quod hæc missio primò fieri debet in bonis mobilibus, & eis deficientibus in immobilibus, & in eorum defectu in iuribus, actionibus, & nominibus debitorum, l. 2. tit. 8. p. 3. l. 1. tit. 11. lib. 4. noua recop. Soar. de Pace d. c. vnic. n. 44. Sic etiam executio fit prius in mobilibus, quàm in immobilibus bonis, l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. apud Lusitanos Ordin. Regia lib. 3. tit. 86. §. 7. apud Castellanos l. fin. tit. 21. lib. 4. noua recop. Parlad. lib. 2. rerum quorid. c. fin. p. 5. §. 3. num. 2. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 7. n. 25. Alexand. Trentacing. var. resol. lib. 2. tit. de expensis, resol. 2. à num. 3.

In gloss. Declarari. Vide Azened. fin. n. 28. tit. 21. lib. 4. noua recop.

In gloss. Distinctionem, ibi, *vel in solidum data auctoritate iudicis.* Vide Perez l. 1. gloss. 1. pag. 655. col. 2. in princ. tit. 9. lib. 3. Ordinar. Ceual. com. contra communes, quæst. 176.

LI Tit. VI.
LI De

De Iuramento calumnie.

TIT. VII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panorm. Butr. Barbat. Mar. Socin. Guil- lelm. Durand. in *breuiario aureo iuris Canonici*, fol. 51. verso, Ioan. de Londris in *breuiario sanctorum*, Can. fol. 168. Petr. de Rauennan in *compend. iur. Canon.* Martin. Mesnart. in *epitome Decretal.* fol. 54. verso, Dan. Venator in *analyti methodica intro Pontif.* pag. 194. Alex. Cassan. & Anastas. German. in *paratitula ad quinque libros Decret.* sub hoc tit. Lancel. in *instit.* Canon. Canif. in *sum. iur. Canon.* Cafarel. in *erotem.* iur. Barthol. Carthag. in *exposit. tit. iuris Canon.* nouif- simè Ioan. Honor. lib. 2. *sum.* in *Decretal.* omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. tractant Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 43. ubi parens meus, & apud Castellanos l. 23. tit. 11. p. 1. ubi Greg. Lop. & tit. 7. lib. 4. *noua recop.* ubi Azeued. & ex professo peculiarem tractatum edi- dit Anton. del Rè Tiburt. de *iuramento calumnie*, vide Guillelm. Durand. in *speculo iuri*, lib. 2. sub hoc tit. Ma- rant. de ord. iudic. p. 6. ubi de *iuram.* Viu. Kirichou. Soar. & alios tom. 1. *comm. opin.* lib. 1. tit. 28. Perez l. 1. *verbo*, *iuramento de calumnia*, tit. 4. lib. 3. Ordin. Donel. *comm. iur. Civilis*, lib. 24. c. 3. Mench. *vsusfreq* lib. 2. c. 2. 5. Cardof. in *praxi iudicum*, verbo, *iuramentum*, a n. 16. Camil. Borrel. in *summa omnium decif.* tit. 51. de *iuram. calumnia*, Sigism. Scacc. de *iudic.* lib. 2. c. 1. Galganet. de *iure publi-* co, lib. 2. tit. 28.

SUMMARIVM.

- 1 Clericus in causa Ecclesie sue iuramentum calumnie potest alteri committere, & per se iurare non cogitur nec debet, sine superioris licentia.
- 2 Episcopi, & ceteri clericali Ordine insigniti immunes sunt ab opere prestandi iuramentum calumnie.
- 3 Procurator non potest subire iuramentum calumnie, nisi habeat mandatum speciale ad illud, secus si sit procurator clerici.
- 4 Clerici non possunt iurare de calumnia coram iudice seculari sine Episcopi, seu Superioris licentia.
- 5 Clericus ut iuste possit testimonium suum proferre, regulariter necessaria est sui Prælati facultas, secus tempore pestis.
- 6 Regulares, & Monachi sine suorum Superiorum li- centia testimonium perhibere non possunt.
- 7 Episcopus hodie subire potest iuramentum calumnie sine speciali licentia Pape.
- 8 Clerici si absque licentia suorum Prælatorum, coram non suo iudice iurent, non exinde vitaretur pro- cessus, seu iudicium redderetur nullum, prout in Monachis, & Regularibus.
- 9 Clericis quare petere debeat licentiam à suo Episcopo ad iurandum de calumnia coram iudice non suo ostenditur.

CAP. Inhærentes. I. Honor. III.

- 1 Clericus in causa sue Ecclesie non debet in iudicio iuramentum calumnie prestare, nec Epi-

scopus consulto Papa, sed hoc iuramentum prestare debent clerici per actores, & defensores. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Butr. Innoc. Anan. Imol. Panorm. Anchar. Host. Bald. Barbat. Mar. Socin. Cujac. Viuian. in *ration. secundæ libri iur. Pontif.* pag. 58. Alagona in *compend. iur. Canon.* pag. 220. remissive Ximenes in *concord.* p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. *Decretal.* lib. 1. tit. 24. cap. 2. & est post Concil. Lateran. sub Alexnd. III. p. 13. c. 1.

Collige ex text. quoddam Episcopi, & ceteri clericali Ordine insigniti, immunes sunt ab opere prestandi iuramentum calumnie, ut per Valer. Reginald. in *praxi fori pontif.* lib. 18. n. 103. latè Bellet. *disquisit. cleric.* p. 1. tit. de *clerico teste*, §. 4. Carol. de Grassis de *effectibus clericalibus effectibus* 34. per totum.

Sed aliis idoneis defensoribus, &c.] Clerici ergo hu- iusmodi calumnie iuramentum prestare poterunt per procuratorem, Bellet. d. §. 4. n. 2. Et quamvis pro- curator illud subire non possit nisi habeat speciale mandatum ad iurandum de calumnia, Ordin. Regia lib. 3. tit. 43. §. 1. Seraphin. de *privileg. iuram. priuileg.* 111. n. 4. Cald. Pereira in *l. si curatorem*, verbo, *imploandum*, n. 6. Anton. del Rè Tiburt. de *iuram. calumnia*, c. 16. Ant. Gabr. tom. 3. *comm. opin. tit. de mandato*, concl. vnic. vers. 4. requiritur, Camil. Borrel. in *summa omnium decif.* tit. 51. de *iuram. calumnia*, n. 16. & tit. 66. de *procurat.* n. 18. Steph. Grat. *discept. forens.* c. 105. n. 21. tamen procurator clerici potest iurare de calumnia sine speciali mandato, ut post Butr. & Abb. in *presenti*, resoluit Bellet. d. §. 4. n. 3.

Vel quisque clericus inconsulto Prælato, &c.] Notatur ad hoc quoddam clerici non possunt iurare de calumnia coram iudice seculari sine Episcopi, seu Superioris licentia, Innoc. n. 1. & 2. Abb. a n. 16. in *presenti*, Specul. tit. de *testibus*, n. 36. Bellet. d. §. 4. n. 4. ubi etiam cum Socin. n. 15. & 16. in *cap. cum in causa*, *infi.* hoc tit. re- soluit huiusmodi licentiam debere esse specialem ad iurandum de calumnia, ac debere esse verbis expres- sam, nec sufficere tacitam, & n. 1. quoddam debet etiam peti huiusmodi licentia in constituendo procurato- rem ad iurandum de calumnia, & n. 6. cum Abb. *hic* n. 10. tenet clericum non excusari à petendo huius- modi licentiam iurandi de calumnia, licet habuerit licentiam litigandi à Prælato suo; nam regulariter ut clericus iuste possit testimonium suum proferre, necessaria est sui Prælati facultas, Paris. *conf.* 83. n. 35. vol. 1. Nat. *conf.* 39. n. 1. vol. 4. Crauet. *conf.* 2. n. 1. vol. 1. Mascard. de *probat. concl.* 306. n. 6. Franc. Marc. *decif.* 777. n. 4. Salzed. ad Bernard. in *praxi* c. 98. alijs 101. n. 23. in *novissima edit.* Bellet. d. tit. de *clerico teste*, §. 2. nisi tem- pore pestis propter imminens periculum, Ripain *tract. de peste*, tit. de *privileg. iudic. caus.* post n. 45. Farin. in *praxi crimin. quæst.* 61. num. 81. Bellet. d. §. 2. num. 4. Eodem modo Regulares, & Monachi sine suorum Superiorum licentia testimonium perhibere non possunt, Bosl. in *praxi crimin. tit. de opposit. contra test.* num. 92. Specul. tit. de *teste*, c. 1. num. 36. Farin. d. §. 6. num. 124. & 130. cum *segg.* Mascard. *concl.* 261. num. 1. 2. 5. & 12. & *concl.* 1358. num. 3. Illud tamen aduer- tendum est, quoddam licet clericis non tantum Episcopus, sed etiam alius Prælati inferior possit dictam licentiam concedere, id in civilibus causis non verò in criminalibus ad tutelam & defensionem rei accu- sati procedit, quia in istis ab Episcopo, vel ab eius Vicario generali maturo iudicio, & præmia causæ cognitione concedenda est, non verò ab inferiori- bus iudicibus, qui causarum criminalium cognitio- nem non habent, ut ex Abb. in *presenti*, resoluit Salzed. d. cap. 101. num. 23. in *fine*. Et licentia danda per Episcopum clerico, ut depenat coram iudice seculari,